UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol. Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm Crvcifixvm

Sandaeus, Maximilianus

Coloniae, 1648

87. Si damnatus sit capitis, antequam perueniat ad theatrum supplicij, adorat in itinere Crucifixum; & se illi, ac corpus, animamq[ue] commendat.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55065

Visual Library

ſtillauit, cuius clara indicia in valuis tabulæ extant.

Quidam enim Helluo cùm infeliciter aleæ luſum exercuiſſet, impatiens detrimenti, educto pugione imaginem inuadens, deſperata & blaſphema voce, ſi DEVS ipſe eſſes, tibi genas diſcinderem, inquiebat, & vultum imaginis pūctum ferijt. Vnde prodigioſus cruor proſilijt. Imaginis facies plurimorum annorum ætatem præ ſe fert, *Helluo blaſphemus.*

Ægidius Gelenius in Magnit. Colon. lib. 3. Syntagm, 43. §. 6.

VII.

AMATOR CRVCIFIXI

ſi damnatus ſit capitis, antequam perueniat ad theatrum ſupplicij adorat in itinere Crucifixum, & ſe illi, ac corpus animamq; commendat. 87.

COLONIÆ eſt Hoſpitale S. CRVCIS in plateá, quæ dicitur lata. In eius hoſpitalis pariete eſt viſenda effigies CRVCIFIXI cum B. V. M. & S. Ioannis ſtatuis, loco opportuno ad ſtationem & honorem habendum Saluatori, qui à ligno regnauit. Ibidem reorum, qui ea parte ad ſupplicia educuntur, *Reorum ſtatio ad Crucifixum.*

ſtatio eſſe conſueuit, tum vt rei anim
componant, recordatione Domini
CRVCIFIXI; tum vt populus ad DEVM
pro eorum ſalute orandum excitet
à Sacerdote reum comitante, qui
populum alloquutione ad præſtare ſo
let.

Ægidius Gelenius in Colon. magni Syntagm. 102.

VIII.

AMATOR CRVCIFIXI

Crucifixum aquis innatantem cum veneratione ſuſcipit, & in loco ſacro collocat.

88. *Mercatores Hiſpani.* ANTE annos ferè quingentos in Hiſpania mercatores quidã CRVCIFIXVM mari innatantem reuerenter exceperunt, & pari pietate vrbi Burgen in regno Caſtellæ obtulerunt. Cui deinceps celebre Xenodochium, & monaſterium magni nominis adiectũ eſt, Auguſtinianis Religioſis habitatum. *CRVX Burgenſis.* Imago hæc magnæ ſtaturæ, carnẽ velut viuam, atque ad digitorum compreſſiones flexilem mobilemque exhibet, miraculis celebris, & toti regno Caſtellæ venerabilis.

Teſtes oculati.

AMA